



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

Locus à coniugatis. Cap. XXX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

quodd populus fidelis mysterio Sacerdotis, qui, Christi personam gerens, munere deprecatoris inter Deum & hominem fungitur, preces, supplicationes, ac vota omnipotenti transmittit. Missa etiam appellatur, quia significat Christum, qui missus est à patre in hunc mundum, vel Angelum, qui mittitur, ut per eius manus hostia offeratur in sublime altare Domini. Quare ab eo loco sumere poterit multa argumenta, quibus populum hortetur ad Missas singulis diebus audiendas, & dicat illos, qui frequenter solent eidem sacrificio interesse, rectè educatos, timentes Deum, & bonæ existimationis esse consueuisse: illudq; cõsequi solere, ut eo die, quo p̃j homines sacris interfuerunt, in negocijs, in quibus versantur, maiorem animi moderationem, atque etiam aequitatem præ se ferant, quasi à Christo, cuius sacratissimam passionem recoluerunt, adiuti.

## Locus à coniugatis. Cap. XXX.

**S**EQVUNTUR ea, quæ rem contingunt, in quibus sunt coniugata, quæ ab vno orta, variè commutatur, quorum vsus est frequens: Si Christiani sumus, Christianè viuamus. Esaias ità hoc argumento vsus est, Fatuus fatua loquetur. & S. Paulus: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de calo celestis: sicut igitur portauimus imaginem terreni, portemus imaginem celestis.

## Loci à Genere &amp; Specie.

## Cap. XXXI.

**A**RGUMENTVM à genere, est illud apud Iohannem Apostolũ: Omnis qui peccatum facit, iniqua-